



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Loci Novae Civitatis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

LOCI NOVAE CIVITATIS  
QUARTA PARS VRBIS.

139

147.



**B**EZETHA, id est, *Ios. 19. at. 7.*  
NOVA CIVI- *& 2. bel. 15.*  
TAS, Græcè Cæ- *& 6. bell. 6.*  
nopolis dicta, *7: 9: 13:*  
quarta urbis pars  
est: quæ, sicut præ-  
cedentes urbis par-  
tes, etiam murorum ambitu cinctâ,  
multis per transversum angustis vijs,  
vtrinque ad civitatis muros tendenti-  
bus, discernebatur. quam incolebant  
lanæ venditores, fabri, ararii, aliq̄ue ar-  
tifices & operarii. eratq̄ue ibi vestium  
mercatus.

LOCI BEZETHAE.

148.

**B**EZETHA mons, qui frequen- *Ios. 6. bell. 6.*  
tibus plebeculæ ædiculis inhabi-  
tabatur:

149.

**C**ASTRUM ASSYRIO-  
RUM, arx iuxta quam Titus *Ios. 6. bel.*  
cùm primum urbis murum oc- *8. & 13.*  
cupasset, castra posuit, vltra fa-  
gittæ iactum à secundo muro separat:

## 150.

*Iosep. 19. at  
7. Item. 2.  
bell. 10. & 6  
bell. 6.*

**M**URVS TERTIVS, qui  
& exterior, quem Agrippa  
rex publico sumptu permu-  
nijt, latioremq̃ & altiorem,  
quàm antè fuerat, reddidit, Hic totus  
solidus erat, & viginti quinque cubi-  
tis altus: habebatq̃ nonaginta qua-  
drangulares, validas, & celsas turres,  
ducentis inter se cubitis distantes, qua-  
rũ structura ac pulchritudo saxorũ,  
nihil erat templo deterior.

## 151.

*Nem. 3. b.  
8. d.*

**P**LATEA LATA, quæ & Pla-  
tea portæ Ephraim dicebatur.

## 152.

*Iose. 6. vel. 6.*

**S**PELVNCAE REGIAE, su-  
per quas tertius ciuitatis murus in  
longum ductus erat.

POR.